



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

28. Rex Tunch. conc. Rhodio in regia degeret.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

tauit, magna semper illius affabilitate, quoad Lusitanis post macras nundinas Meacum proximè recessuris, vidit fortè Rex è sua Prætoria Patres, ( agebatur dies Præcurfori Baptistæ sacer ) & vocatis ad se, ex Rhodio intelligere voluit minutatim, artificium, vsum, & regimen horarj rotati quibus tantoperè captus est, vt vltro, nihil minùs cogitanti benignè detulerit, quod nemo ex illo tentasset petere; secum in Regiam veniret, vnúmque, aut alterum annum in ea traduceret. Cui Pater, actis Deo Regum Regi, tacite gratiis; prolixè professus est tantum sibi esse tanto Principi seruire, etiam si per omnem vitam, vt nihil sibi putaret posse in vita gratiùs, maiusvè contingere. At enim, subdit Rex, an etiam soli? linguam siquidem solus habebat promptam, Externus & solus, inquit Rhodius, dupliciter solus est, nec potest non tristis, & mœstus viuere; hic mihi, Marchesium indicans, & Præsul, & Pater, & natu grandior; idem socius est. Regi placuit responsum, & suis vtrumque adscripsit. Fausto illi trepidationis ambiguae eventu alacres, vela facturos salutant Lusitanos, dântque per illos Macaam literas, de concessa sibi Regis beneficio statione, & regno tam docili, & præstanti diuinis legibus imbuendo. Explicanti iam vela in altum Præfecto adstitit ab Rege nuucius epistolam ferens qua Inspectori nostrorum Andrææ Palmerio, decentes agebat gratias Alexandri Rhodij viri magni, in Tunchinum missi; quæ fuit honoris erga illum, plane immodici, rara in paucis significatio, præterquam quod enim, profusus aliud nihil epistolæ inerat, non satis decere censuerat, si eam in catta ( vt consueuerat ad insignes viros ) auro, & pigmentis mirabilitè exculpta scriberet; in argentea bractea presso scripta erat, aut sculpto caractere, quæ in se molliter conuoluta, serico tegebatur. Hanc Palmerius à prædonibus Hainan redemit, ad quam nauis allisæ quicquid mare non hauserat, ipsi rapuerant. In discessu cum Rege ducentos Rhodius ex variis oppidis Tignoæ Prouinciæ reliquit Christianos motu vtriusque comploratione, dolentium se ab eo desereri, & grauissime ferentis quod cogeretur eos deserere, pollicentisque illorum se fore memorem, curaturumque se illis aliquem suo loco si prohiberetur ad eos regredi, commisit interea nonnullis, institutione, virtute, ac iudicio maturioribus, fouendam illorum promouendamque pietatem præscriptis sibi ab ipso præfidiis. Die Iulij altero anni vigesimi septimi Tunchini Metropolitim, Chæcium regiam, cum Rege & exercitibus attingere, vbi nobilis ethnicus Mauraj vocabulo, partem iis sui palatij habitandam liberaliter indulxit, in hac ædi faciæ elegerunt locam, parabat altare rei sacræ ipsemet Mauraius, & concionibus Rhodij semper intererat, quam eius indolis bonitatem remunerata est diuina munificentiâ vxoris Agathæ, filiorum, seruorum, tandemque ipsius ad Deum accessu, paucis enim quàm obiret horis, decennio post, baptismo lustra, us vitam clausit. Hoc portò nostris in aulam aduentu occurrit aduertere prodigiosum morem, ex quo facilè conficiebatur, fuisse quondam

28.  
Rex Tunch.  
conc. Rhodio  
in regia  
degeret.

29.  
Ethnici char.  
rit. remuner.  
diuin.